Jacobus de Voragine: Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia
[Cologne]: Conrad Winters, de Homborch, 8 Nov. 1476, 1476 Seite 80



educti sunt angelo duce redierūt
⁊ in christo quieuerunt. Horum
corpora mediolani in ecclesia que
nunc est fratrum ordinis nostri
s. fratrum predicatorū requiesce
bant ſ nunc colonie requiescūt.

## De sancto Paulo.

PAulus primus heremita
vt testatur Jheronimus
qui eius vitaꝫ conscribit
feruente Decij persecucōe heremū
vastissimam adijt. Ibiq̄ in qua
dam spelunca .xl. annis hominibꝫ
ignotus pmansit Videns autem
sanctus Paulus christianis tot
tormentorum genera irrogari: in
heremum affugit. Eo siquidem tē
pore suo iuuenes christiani cōp̄
henduntur. Quorum vnus toto
corpore melle perungitur ⁊ sub ar
dore solis aculeis muscarum scra
bonum. ⁊ vespparum lacerandus
exponitur. Alter vero mollissimo
lecto imponitur. ⁊ in loco amenis
simo collocatur. vbi aeris erat tē
peries. riuulorum sonitus. cantus
auium. ⁊ florum olphactus funi
bus tū floreis coloribꝰ obtectis.
sic iuuenis cingitur vt manibus
vel pedibus se iuuare non posset
Adest quedam iuuencula pulch
rima corpoē ⁊ impudica. ac impu
dice tractat iuuenem amore dei re
pletum. Cum autem ille in carne
motus cōtrarios racioni sensisset
non habens arma quibus ab ho
ste se eruat: linguam propriaꝫ su
is dentibus incidit. ⁊ in facieꝫ im
pudice expuit Et sic temptationē
dolore fugauit ⁊ tropheum laude
dignum promeruit. Horum alio
rum penis sanctus Paulus terri
tus: heremum petijt Et tempoē eo
dum Anthoniꝰ inter monachos
primum se heremi incolaꝫ cogita
ret: in sompnis alium multo se me
liorem esse heremi incolam edocet
Qui dum eum per siluas inquire
ret. obuium habuit ypocētauruꝫ
id est hominem equo mixtum: q̄
ei viam dexteram demonstrauit.
Postmodum obuium habuit a
nimal ferens fructus palmarum
supra ymaginem hominis insig
nitam: deorsum vero capre formaꝫ
habens Qui dum ipsum per deuꝫ
coniuraret vt sibi quis esset dice
ret. Respondit se esse satirum deū
siluarum scdm errorem gentiliuꝫ
Postremo obuiauit ei lupus: q̄
eum ad cellam sancti Pauli per
duxit Paulus autem Anthoniū
presentiens: ostium sera clausit.
Anthonius vero rogat vt ei aperi
at asserens se nunq̄ inde recessu
rum: sed ibi morituruꝫ. victꝰ Pau
lus ei aperuit statimq̄ ambo in
amplexuꝫ ruunt. Cumq̄ prandij
hora adesset: coruus duplicatam
partem panis attulit Cumq̄ An
thonius de hoc miraretur: respōdit
Paulus. q̄ deus sibi omni die ta
liter ministrabat: ⁊ annonam ꝓp
ter hospitem duplicauerat. Pia
lis oritur quis magis dignus eēt
panem diuidere Defert Paulus
hospiti: ⁊ anthonius seniori Tan
dem vtriq̄ manum apponunt. ⁊
in equas partes panem diuidūt

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0079
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG